

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Homo g cum uariis

Omnem creaturam sensibilem Deus armatam et munitam creauit, alios ueloci pedum cursu, alios unguibus, alios pennis, alios cornibus; hominem solum sic disposuit ut uirtus illius sit ipse Deus. Et in eo quod infirmiorem eum fecit, in ipso fortiorem esse uoluit in se ut necessitate infirmitatis coactus, semper necessarium habeat Dominum suum requirere.

Crisostomus super Mattheum VII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quod infirmiore] quo inferiore P V¹ V² L¹ L²; necessarium] neutrum C, necesse P V¹ V² L¹ L²